Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ceu dei facientes repo:cens pnullione · ad
huc eni modicum aliquantulum qui venturus est veniet ⁊ non tardabit · Justus autem
meus ex fide vivit ℟ Justorum anime in manu
dei sunt ⁊ non tanget illos tormentum malicie · ℣ ·
Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace
Alia ℣ Fulgebunt justi sequencia agone triumphali
In illo tpe · Dixit ihs discipulis suis · Ecce ego mitto vos sicut oves
in medio luporum · Estote ergo prudentes sicut serpentes ⁊ simplices sicut columbe · Ca-
vete autem ab hominibus · Tradent enim vos in
concilys ⁊ in synagogis suis · flagellabunt
vos ⁊ ad pnsides ⁊ reges ducemini ppter me in
testimonium illis ⁊ gentibus · Cum autem tradent
vos nolite cogitare quomodo aut quid loqua-
mini dabitur enim vobis in illa hora quid
loquamini · non enim vos estis qui loquimini ·
sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis · Tradet
autem frater fratrem in mortem ⁊ pater filium · insurgent
filij in parentes ⁊ morte eos afficient · Et eri-
tis odio omnibus propter nomen meum · Qui
autem perseverabit usque in finem hic salvus erit
Gaudebunt in te omnes qui diligunt nomen Offertorium
tuum quoniam tu benedicis justo domine ut scuto bone
voluntatis tue coronasti nos Secreta Sacrificiis
paschalibus quibus deinde placatus intende · ut
et devotionem nostre proficiat et salutem · Q mitia